Excerpta

ex Dissertatione de Regiae Budensis Bibliothecae Mathiae Corvini Ortu, Lapsu, Interitu, et reliquiis Auctore F. X. S. A. idest Fratre Xysto Schier Augustiniano. Vindobonae Typis Viduae Georgii Ludovici Schulzii Typographi Academici Anno ut apparet Domini MDCCLXVI. Pridie Non[as] Septembris edita.

In praefatione quid scripto huic occasionem praebuerit his exponit verbis Schier: "Scriptionis, quam exhibemus L. B. occasionem praebuit Joachimi Vadiani, Viri ab operibus suis celebrati de hac Budensi Bibliotheca dictum: quam posteri diripuere, adeo confidenter prolatum, ut non aliud assert[u]rus fuisse videatur, quamvis nulla clades Urbi ab hostibus evenisset, aut perpetua incolumitate frui licuisset."

Et hoc est q[uo]d toto opere illustrat deducit, ac confirmat Schierius

quomodo

quomodo nimirum Uladislai et
Ludovici incuria ac socordia la-
basci primum ac negligi caepit
Illa Bibliotheca et eodem
tempore a vicinis Germanis Eru-
ditis, Budam sub dictis Regibus
irrepentibus varie rapta, dimi-
nuta et spoliata fuit. quae
omnia singularibus exemplis
illustrat Schierus.

§ I. pagina 4ta et 5ta Mathiam
Regem semper ab ineunte aetate
studiis addictum fuisse pro-
bat testimonio Philippi Bergo-
mensis Eremitae Augustinia-
ni Libro XV. Supplementi
chronici ad Annum MCDLXIII.
Hoc unum de hoc Rege vulga-
tissimum habemus quod
merito cum Julio Caesare et
Alexandro Magno in omni re
conferri possit. Saepenumero,
(cum legendi otium esset)
in ipsius pulvinaribus inve-
niebatur Livius, aut Curtius,
aut alius Historicus, legebatque
ardentissime Sacras Literas
et ea quae in his continentur
memoriae adeo commenda-
bat, ut plerique admirarentur.

§ V. pag. 15 et 16. Numerus Volumi-
num in supremo, quo pervenit
gradu, dimensus a nonnullis
ad quinquaginta millia ex-
tenditur, quod pace illorum
permittitur. Falso tamen Pau-
lus Fabri culpam impingit
Lomeyero, velut tantam im-
pressorum copiam diminuisset,
cum hic de universa Ham-
mann, quam typis expres-
sorum summa sit locutus.
Multitudinem autem stupen-
dam omnes in qua extollen-
da prae caeteris est Bras-
sicanus in Epistola Salvi-
ani editioni a se praemis-
sa

§ IX pag. 28 et 29. Uladisla-
i Regis aulam varii Academiae
Viennensis alumni assumti sunt,
qui viam aperuerant, ut Bib-
liothecam illam spectare pri-
mum et perscrutari, dein etiam
deflorare aliquantum liceret.
Horum e numero praecipui
fuerunt Augustinus Moravus
et Hieronymus

Hieronymus Balbus, ille Prae-
positus Olomuciensis et Brun-
nensis, ipse Praepositus ~~Albo~~
Vaciensis, inde Albensis ac
demum Posoniensis, utrique
Uladislao, ipse etiam Ludovi-
co Regibus a secretis, donec
ad Episcopatum Gurcensem
fuisset evectus. Hos Cadar-
tus Vadianus, Collimitius, Spiegel-
lius, Gremperius aliique ami-
cos huius consilii ac Patronos
invenerunt.

§ VI. pag. 17, 18, 19. Nec vero tan-
ta moles Praefectis et Custodibus
caruit, quod potissimum celebrem
nominandum Thaddaeum U-
goletum. Is Parmae natus
Juvenis adhuc in Aulam Un-
garicam adscitus, et Johanni
Regio Principi erudiendo
praepositus fuit. Cum deinde
Rex Florentiae cum aliis Lit-
teratis Bibliothecam augen-
te constituisset, Thaddaeo
demandatum est, ut ea
in Etruria cuncta descri-
beret. Matthiam diu su-
pervixit

supervixit in Patria veterum
authorum, quos undique con-
quisierat emendatione et
editione honeste districtus.
(a) Alter a Praefectura illa
celebris est Bartholomaeus Fon-
tius (b), Bernardi Nutii Flo-
rentini Professoris Rhetori-
cae artis discipulus, et ipse
iam An. MCDLXVIII. eiusdem
Scholae Professor constitutus.
Quod Officium etiam, ubi in Patri-
am ex Hungaria regressus
est, resumsit. Vitam reliquit
mense Octobri An. MDXIII.
natus Annos LXVII. (c) Opera
Fontii multiplicia, plerumque
tamen artis suae sunt testi-
monia. (d) Hunc excepisse
videtur Galeotus Martius
Narniensis (e) vir robusti
sed paradoxi ingenii, quo
ingentem famae et vitae dis-
crimen sibi accivit. Fuit
tamen ceterum, qua gratiam
Matthiae sibi potissimum
addictum fecit, et aliquan-
do se ab infamia liberave-
rit.

vit. Dum enim in foro Veneto
(f) ad geminas Columnas pro-
ductus esset, ut impetrata ulti-
ma schedula aliqua scrip-
sisse fateretur, vel indicium
exortum in turba risus auctor
falso ac repentino Galeot-
ti dicterio excitatus: nam
cum forte non ignobilis
Venetus e turba proximus
strigosa proceritate, et macro
pectore notatus, ... adnexum
ludibrio praepinguem pro-
cerum appellasset: extempo-
... [illegible] dentiq[ue] ore
pinguis, ait, porcus quam
macer hircus esse malo.
Erat enim usque adeo tu-
menti abdomine, ut rheda cu-
rruli veheretur, quod sub vasti
obesi corporis pondere ...
praegrandia jumenta fati-
scerent. Docuerat ... Hunga-
riam, Germaniam, et Hispa-
niam peragravit, ... publi-
co loco ... ...
Bononiae Rhetoricam
et Poesim longiori tempo-
re do-

re docuerit, alias Medicinam
exercens. (g) Atque haec quidem
minime dubia sunt. An ve-
ro Matthiae Regis Praecepto-
rem, Epistolarum ... Magis-
ter et in Corvini ... fuerit
(h) non modo ... haereo, quod
tempora non satis congruant
et ipse in suis operibus ubi
maxime potuisset, nullam
mentionem afferat.
Eum autem omnino
Fatum in ... ad Ludo-
vicum XI. Galliarum Re-
gem, a quo fuerat ... acci-
tus, mortem oppetiisse ...
Cum Regi ... ...
... ...
... ... (i) nec
... varietatis habet, quod
... (k) ... eum Anno
M.CD.LXXVIII. limites ...
... transgressum ... qui
... ad ... ...
per Mathiam ...
... post An. MCDLXXXVI.
... ... (l).
... An. MDXXXV. inter
vivos egisse, nuda adserit
non

non sufficit. Verosimillimum mihi est
Martinum Zetnem ad Mor-
tem Arianam circa Attesta-
orium a Suffocatum, vid.
ille qui de Pauli Jovii est
Magnato in Elogiis Docto-
rum pag. 104. Edit. Basil. M.
DLXI. Scripta ejus ampli-
ori recensione digna sunt
(n) et variam diversorum
de eis relationem. Ulti-
mus sub Mathia Biblio-
thecae Praefectus fuit Felix
Ragusinus Dalmata Vir
Graecae, Latinae, Chaldai-
cae et Arabicae Lingua-
rum peritus: de quo supra ac-
tum fuit. Operae pretium
forte, si quispiam tali quo-
tando istos Viros sub hoc Re-
ge Hungariam illustrantes
accuratius inquireret, eorumque doctos labo-
res conscriberet, quae il-
la multum ad Historiam
Litterariam Patriae
suae conferret.

§ VII. pag. 25, 26. Quantum-
cunque vero ita consultum
fuerit

fuerit accendendis in ani-
disque Hungariae Litter-
arum studiis, ut etiam su-
pra omnes cultiores populos
Principatus ejus affulgeret,
non tamen aliam sortem
nam tu Mathiae Corvina-
tus habuerit, quam Bib-
lica ejus gloria, felicitas
ut simul cum ... expira-
rent. Tametsi enim Ula-
dislaus successor aliqua
Corvinianae operae non
impari splendore ac mu-
nificentia prosequeretur,
(a) summo eruditionis ac docto-
rum Virorum fautorem non
segnem (b) se ostenderet,
in Salomonem haec ipsa Bi...
elanguere. Sic namque se
pius evenit ut in certis vir-
tutem, velut per ipsi supe-
rioris ad captandam famam
aliquam diu mentiantur
mox ad pristina vitia
redituri, cum id quod expi-
rant, fuerint consecuti.

Bibliothe-

Bibliotheca quidem haec Regia
a morte Authoris sensim
defluere, passibus initio ta-
citis, postea pleno cursu
in ruinam ire, antequam
aperte hostiles manus
experiretur. Res a paucis
animadversa: unde factum
est, ut plerorumque nostro-
rum aetatis Scriptorum
scriptorum qui Thesaurum
tunc expilatum
deplorabant, in dispendio
tota in Turcas
effunderetur.

§ VIII. pag 22. Primam
ergo universae cladem
sub Mathiae Successori-
bus, Vladislao et Ludo-
vico Regibus accepit, q[ui]
cum caetera Mune-
ris sui remisse, neque
pro Maiestate gessis-
sent, ille exiguo animo,
iste iuventute sua,
nulla propemodum cura con-
servandi augendaeque
huius

huius litterarum ornamen-
ti tangerentur; nullos, quae
coniectura est Belii (d) ex
Olaho, Scriptores aluerunt
qui pessundata resar-
cirent, perdita restitu-
erent, aut futuris damnis
praecaverent: for-
san ne Custode quidem
peculiari, aut saltem [illegible]
alicuius nominis prae-
posito, quod mihi Illustri-
um Vadiani, Tanstetteri,
Spiegelii, Cuspiniani,
Brassicani (de quibus
postea pluribus) videtur
in laudandis sui aevi [illegible]
[illegible]ibus regiis non prae-
corum persuasit. Causa
vero sit constituta [illegible]
potuit non sequi, ut eo
plures et meliores Codi-
ces furto auferrentur
aut perirent. Vid. Math.
Belius Notit. Hung. novae
Tom. III. pag 225. et Ursi-
nus Velius Libr. I. de Bell. Pann.
pag. 16.

§ IX pag 28. 29. Crediderim vero me non erraturum si alterum hunc proximum detrimentum adscripsero ipsis Musis alibi praeprimis Viennae Austriae venacentibus, quae, quod in Bibliothecis Pottius (a) sua quidem, non tamen desiderio sufficientia depraehenderent alimenta, Budensem hanc omnibus gentibus celeberrimam respexerunt. Commodum illis accidit ut in Uladislai Regis aulam varii Academiae suae Alumni assumerentur, qui viam aperuerunt, ut Bibliothecam et iactura. vide supra excerpta.

§ X pag 31. Ampliorem autem Musis Viennensibus se in panem Bibliothecam insinuandi occasionem praebuit illa post plurimorum annorum labores inter Uladislaum Regem et Maximilianum Imperatorem contracta arctior necessitudo liberorumque illius, ac huius Nepotum Principum foedera matrimonii illa, quae dum tractarentur, nihil non a se impetrari permisit

misit Uladislaus, communi fere parentum sorte qui filiorum commoda procuraturi saepe caecutiunt, et quamvis in propropriam domum peccent, parum tamen esse existimant, modo ut liberis aliquid ultra accedat. Usus ventis adeo favorabilibus, et oblata opportunitate Johannes Cuspinianus Maximiliani in his negotiis Orator praecipuus (vigesies et quater decursu quinque annorum se in Hungariam ex hac ratione missum ipse alicubi (a) meminit) praeclara illa Philostrati (b) Diodori Siculi Procopii, Johannis Monachi Opera (c) et alia quaedam sua dono regio accepta, quaedam mutuo solum primitus obtenta, in Bibliothecam suam congregatis undique libris satis divitem, transscripsit. Atque haec sub Uladislao

[illegible] Phil

(a)

(a) In diario de Congressu Ma-
ximiliani Imp. cum tribus Re-
gibus: quinque enim annos, ut sus-
" volvo hoc saxum, quibus vi-
" gesies et quater in Hungariam
" jam orator ivi, atque haec ne-
" gotia tractavi.

(b) Sunt enim (: narrat Jaco-
bus Spiegellius in praefatione
ad Jacobi Wimphelingii Sele-
stattensis expurgationem ed. cum
Isocrate de Regno et aliis Vien-
nae MDXIV. in 4. :) in mundo
" nonnulla, quae nisi me animus
" fallit, divulgata gratiam inve-
" nient in studiosorum oculis,
" et non (ut puto) proletariam.
" Et imprimis Philostrati Flavii
" Heroicorum, Iconum, Sophi-
" starum et Epistolarum tract-
" ata, aureaque opera ab Al-
" do antea Graece impressa,
" nuper jussu Mathiae Corvi-
" ni Regis Hungariae, ut multa
" alia, traducta per Antonium
" Bonfinium, Virum, ut scriptis
" apparet, utriusque Linguae
" admodum eruditum (: narra-
tionem

tionem huius trimestris labo-
ris sui facit ipse Bonfinius
Decade IV. Libr. VII. pag. 499. :)
" reperta vero et indicata a Va-
" diano nostro amico vultus tec-
" torio nihil simulante, quum
" cum Georgio Collimitio et Ma-
" thematico itidem amico haud
" proposito, Budae autumno exac-
" to ageret, et illustrem illam re-
" (ut mihi retulit) Bibliothecam
" cursim lustraret, quam et ego
" tis Febris, quamvis obiter,
" summa tamen cum iucun-
" ditate vidi. Philostrato Joan.
" Cuspinianus Vir disertae
" prudentiae iam fruens, qui
" cum pulcro Jo. Gremperii acce-
" dente Ministerio, ex Panno-
" nia inferiori Viennam ad-
" vexit. Superest hic Philo-
strati Codex elegantissimus
in Bibliotheca Caesarea Vin-
dobonensi inter Hist. profan. XVI.
in quo ad huc Johannis Grempe-
rii manu adscriptum legi tes-
tatur

tatur Cl. Kollarius in notis
ad Gasparis Ursini Velii de Bel
lo Pannonico Libro I. pag 16.) "
Mihi ~~Librum~~ hunc dari iussit Sere
nissima Regia Maiestas Hun
gariae et Bohemiae Uladis
laus in praesentia D. Wolfgan
Pußperger Camerarii intimi
et Generosi Stephani de Zinzen
dorf Anno XIII. penultima De
cembris.

(c) Cuspinianus in Coss. p. 569
(edit. Basil. apud Oporinum
MDLIII. in Fol.) Nuper cum
"Oratorem agerem Caesaris Ma
"ximiliani apud Hungariae
"Regem Uladislaum, Diodori
"Siculi, Procopii et Johannis
"monachi Historias hactenus
"Latinitate non donatas, et
"nostris incognitas e tenebris
"eruimus, ut Latinos redderent,
"ac multa, quae nos fugerant,
"edocerent. Obvenisse autem
haec ex ipsa Bibliotheca
Regia Budensi alibi in
sinuamus, et de Diodoro qui
dem eodem in Opere pag. 160.
ipse ref.

ipse refert: Sex ego Libros Grae
"cos a decimo sexto usque vi
"gesimum reperi Budae in
"Bibliotheca Regia cum illic
"Oratorem agerem. De Pro
copio ibidem pag 528. Bu
"dae dum illic Oratorem ~~age~~
"~~rem~~ Caesaris Maximiliani
"apud Uladislaum Regem
"agerem, mirae vetustatis Pro
"copium reperi, quem mihi
"Rex mutuo dedit. in quo
"cum conferrem cum Lati
"no, multa deesse observavi,
"tam lacer et mancus deve
"nit ad manus interpretis. quod
"et crebro lamentatur. De
Johanne Monacho seu Zona
ra lucubrationum Maximilia
ni Imp. habemus Testimoni
um in Litteris ad Wilibaldum
Pirckheymerum die XX Augusti
A. MDXIV. datis: Dum his su
"perioribus temporibus honora
"bilis Johannes Cuspinianus
"Consiliarius noster ageret
"Oratorem nostrum apud Sere
"nissimum Regem Hungariae
"consanguineum et fratrem
nostrum

„nostram charissimum mo
„nuc nos in Bibliotheca Regia
„comperisse Johannem Mona
„chum, Auctorem Graecum,"
„quem dicunt egregie scrip
„sisse de Imperiis et gestis Grae
„corum Imperatorum usque ad
„tempora Justini iunioris". §§
Doctissimus Franciscus Con
stantinus de Khautz integras
has Litteras ex Pirckheymeri
operibus depromtas inseruit
suo tentamini Historiae
Eruditorum Austriacorum
patria lingua edito pag. 145.
Quando vero, quo interpre
te, et loco, vivente adhuc
Maximiliano ex Diodori
et Johannis Monachi libris
in lucem prodierit, iam
in Dissertatione de duobus
Sermonibus D. Augustini
Gazothii primo Zagrabien
sis, tum Lucerini Episcopi
pag. 30 monstravi.
(d) Exstat, quem fortuito in
Bibliotheca Caesarea reperi
libellus de Lapidibus pretio
sis nuper editus Viennae Al
Pannoniae MDXI. 4. Cus
pinianus e Legatione Viennam
redux

redux inscribit hoc Marbo
di Rhedonensis Episcopi Poe
ma Augustino Morano su
pra memorato. Non vane mihi
videor conicere libellum
istum legationis huius
apud Hungaros fructum
fuisse. Atque hi similes sunt
illae reliquiae (si Diis placet)
Bibliothecae Budensis,
quas Cuspinianum Caesareae
Bibliothecae) intulisse as
serit Lambecius Libro I. Com
mentarior. Bibl. Caesar. Vind.
pag. 33. Nequierat autem hic
multa ex Turcicis spoliis
redimere, qui teste marmo
reo Monumento in Templo
Cathedrali ad S. Stephanum
iam die XIX. Aprilis A. MDXXIX
e vivis abierat, Barbaris eo
primum Anno Joannis Regis
auxiliaribus.

§ XI. pag. 34, 35. Neque ve
ro meliore luce affulsit cum
Ludovicus filius a morte
Patris

218

Patris habenas Regni mo-
derandas suscepisset. Aetas tē-
nera primum adhuc sub
tutore acta, educatio remissa,
mores tum aulam exercen-
tes nullo modo sinebant, ut
Rex hic Literariae rei pe-
nitius cognoscendae, quan-
tumque ea Reipublicae
necessaria foret, perpendendo
operam dignam daret. Uni-
co autem exemplo mani-
festum fiet, quam indili-
genter haec pars curae
publicae fuerit adminis-
trata. Joannes Alexander Bra-
sicanus Viennensis Studii
tam Alumnus, et Juris Pub-
lici Professor pro immensa
libros nondum editos
conquirendi cupiditate
varias Germaniae Biblio-
thecas percurrerat, angu-
stia tamen hi termini vi-
debantur amplam collec-
tionem meditanti. Hun-
gariam igitur Budensem
regiam

219

Regiam Bibliothecam in-
siti adeundam (a) delegit,
qua visa non tantum obstu-
puit, sed more etiam aliorum
in eius desiderium vehemen-
ter exarsit, adeoque propi-
tia habuit sidera, ut con-
cedente Rege complures tum
tum Graecos (b) tum Lati-
nos (c) codices abstulerit,
ut non mirandum sit in
querelas et lamenta eum
prorupisse miseros Thesau-
ri hujus in fundarum
manus tappe audita, gra-
vique tulisse spem prae-
visam alienando iterum vi-
dendi (d). Quamquam ut-
cunque id ferre potuisset,
cum huius loco etiam aedes
perservarat addi indultum
(e) obtinuerit a Ferdi-
nando Rege, satis in his
privilegiis largiendis
postea quoque liberali
(f). Ut ut vero sit, inter di-
ruptores plures a Vetis (g) re-
vadiamus

Vadiano (k) accusatos, qui nos latent, non minimum locum meruit Brassicanus.

(a) Ipse Brassicanus in citata Epistola: Superioribus annis cum Vilhelmus ex Eberstein Caesareus Legatus me sibi Comitem adjunxisset — Recta Vienna Budam dyxerdimus, Regnum adhuc salvum vidimus. Legatus ubi Negotiorum suorum rationem Ludovico cum habuit, mihi ergo nt huc ... plane nihil dignarum nisi visendae istius Bibliothecae beneficio serenissimae Reginae Mariae ... data est. Quid multis? Inspexi Libros omnes.

Haec posteriora et scripsi in Bibliotheca Universitatis Pestiensis A^o 1798. diebus 23 et Augusti. Mic. Simai

Die 28. Maii A. 1801. continuo idem N. S. mpr.

(b) Ibidem. Ex Munificentia ac liberalitate optimi Regis Ludovici

Ludovici quosdam Graecos Auctores consecutus sum, nec protritos, nec etiam aspernandos. Forte ipsi iidem sunt, quos deinde idem variis locis enumerat.

(c) Si tot Brassicanus altum de Latinis Codicibus inde quoque sublatis, his tamen eum opes suas literarias quibus multum gloriebatur, non minus auxisse certi sumus. Galeoti Martii (: refert Michaël Neander in praefatione ad Erotemata Graeca:) libros tres de vulgo incognitis, cum aliquando a Johanne Brassicano, qui eos ex Budensi
6 Bibliotheca, illos quidem Mathiae Regi inscriptos, nactus fuerat, excudendos recepissem, et quia nullum aliud exemplar extare videbatur, Philippo Bechio optimo atque doctissimo Iuveni describendos dedissem, priusquam typis committerentur, Itali cujusdam Bibliopolae fraude interceptos periisse, non semel idque merito conquestus est. Ne tamen unus aliquis Libellum istum fors post Hostilem Bibliothecae hujus direptionem Brassicano obvenisse respondeat, clariorem, cuique nemo refragetur, produco septem volumen membranaceum Caesar Bibliothecae in Fol. quo continentur P. Papinii Statii Silvarum libri V. in cujus Codicis principio haec legitur inscriptio: Liber est Johannis Alexandri Brassicani Philosophi, ac ICti Budae Anno M. DC. XXV. die 17. Decembris. Volumen hoc Corvinianis insignibus decoratum xean

ser

fer Lambecius Comm. Bibl. Caesar. Lib. II. Cap. VIII §CCCXXIV. pag. 983. averterit fendi ipsum Salviani Massiliensis presbyteri opus, ex cujus Epistola praefixa tam multa in praesentem dissertationem transtuli, e hac eadem Budensi Bibliotheca produxit, quamquam id Conradus Rittershusius in epistola dedicatoria operum Salviani ad Ludovicum XIII Galliarum Regem affirmet, nullo stabilire possum argumento, quod ipse Brassicanus in cit. ep. nullam faciat mentionem, etsi haud procul a vero videatur, cum etiam de aliis Latinis Codicibus suspectam taciturnitatem observes.

d). Ipse cit. ep. Quod Cicero de conjuratis dixit: vixerunt, quos jam sublatos esse significare voluit, ita recte diximus nos vidisse, quippe qui verear, ne possim ullo unquam tempore videre, aut consequi.

e) Literas Ferdinandi Regis, pro admissione Brassicani ad Bibliothecam monasterii Mellicensis, dat. 13 octobris 1528. exhibet integras P. Philibertus Hueber in Austria, ex archivis Mellic. illustrata p. 167.

f.) Volf. Lazius Reipub. Rom. Lib. XI. Omnes Bibliothecas provinciarum suarum Coenobiorum, mihi, et aliis doctis viris, perlustrandi, atque inquirendi potestatem, et mandatum dedit; tametsi adversus Bibliotaphos hoc velamine Bibliothecarum adyta rimantes multa, et graves fuerint querelae

Cong.

Conf. Nic. Vinmanni Synoxerism. pag. 195. ed. Coloniae MDXLI. 4.

g) Supra §. VIII. ad not. b.

h.) Vadianus in Epitome trium terrae partium p. 85. (ed. Tigur. MDXXXIV. 8.) In Regia interiori Bibliothecam e graecis, latinisque Codicibus, magna cura conquisitis, Mathias Corvinus incomparabilis Ungarorum Princeps adornaverat, quam posteri diripuere. Sed et urbs cum arce proximis annis a Turcis capta, diruta que ut audio, clarissimis monumentis regiae magnificentiae spoliata est. Prioris partis testis αὐτόπτης est ipse Vadianus, qui ad Ann. usque MDXVIII viennae eloquentiae professorem egit stipendio publico, ipse quoque Bibliothecam tunc invisit, atque perlustratam esse, nec minus partem in spoliatione habuit; et diu postquam hinc demigrasset, cum Viennensibus Professoribus literarum commercium coluit, posteriora falsa et vaga, sicut patet ex relatione narranti ignoscendum est.

XII.

Successit porro infelix illa periodus, qua Ludovicus temeritate suorum An. MDXXVI. IV. Kal. Septembris in campis Mohacsianis profligatus cum majore Nobilitatis flore misere occubuit. Eo siquidem tristi eventu, cum totam Hungariam Danubium usque immanis Barbarorum furor depopulatus fuisset, Buda quoque devastatione involuta, Bibliothecae huic, quantum a direptione priorum adhuc superarat, extrema quaeque timenda erant, servata tamen

illa

illa fuit cum arce Regia, ferarum vivario, et Regio Stabulo (a) ulterioribus adversitatibus. Neque enim veritati undequaque consentaneum videtur, Thesaurum istud a Turcis incensum fuisse, quod non nulli (b) aut illo tempore direptum, quod complures fama potius, quam visu testes (c) asseruere. Non equidem ibo omnino inficias, aliqua damna vel invito Solymano a militibus Turcicis illata fuisse, eorum praesertim Codicum Splendore rapaces manus alliciente, qui aureis aut argenteis laminis vestiti erant, aliove pretioso involucro, ut ipsa Scrinia velis purpureis auro intertextis, tegebantur; verum quemadmodum hi adeo copiosi esse non poterant, ita horum spoliatio neque priori sub Regibus Uladislao, et Ludovico, ubi rarioribus inhiabatur, neque posteriori militum germanorum, aliorumque quibus quaecumque praeda arridebat, praejudice, erat comparanda. Sed Turcis imputabatur, quidquid mali actum fuerat, sic ferente populari arguendi consuetudine, ut omnia crimina in illos, qui aliogvin a similibus infames sunt transferantur. Cur autem tanta moderatione Solymanus Imperator cum arce Regia, caeterisque se gesserit, aut ut reversurus locum dignitati suae congruum reperiret (d.) aut vicissitudine rerum Humanarum commotus (e) aut, ut verbo suo staret, quo

indem

indemnitatem arci, et incolis spoponderat (f.) (cujus quidem fidei, non nulla exempla in Imperatore ipso commendantur) nemo facile deciderit. Nullum profecto maleficium a Turcis adversus Regiam patratum certo demonstratur, quam quod tres Nobiles Statuas, Herculis scilicet, Dianae, et Apollinis, quas Jacobus Tragurinus Dalmata insignis Statuarius, et Architectus ex Orichalco fuderat, Constantinopolim avexerint, in Hippodromo reponendas.

a). Velius op. cit. Lib. VII. p. 136. Viso initio praelio omnes repente Pannonii sese fugae mandarunt; Rex ipse in fuga voragine paludis resupinato equo, dum crepidinem praealtam superare conatur absorptus interiit. Exin totam Pannoniam Turcarum arma pervagata usque Jaurinum, ultra citraque flumen Danubium, late omnia ferro, atque igni vastantium; Tyrannus Buda potitus, urbem, ut caetera oppida incendit, arce seu Regia conservata. Hujus Testimonium, qui sequente anno cum Ferdinando Rege Budam venerat, omnibus aliorum et incerto rumore relationibus scribentium praehabendum est. Concordat ei Gaspar Ens. rer. Hung. Libr. IV. p. 188. Budam omni praesidio nudatam, nullo negotio cepit et combussit; arci vero, itemque Stabulo Regio, ac vivario pepercit. Eadem habet Johannes Haug de Freistein, in Chronico Hungarico, Germanice edito Viennae 1534. fol. Caeteri Testes huc facientes infra recurrent.

b). Annales Barsoviae, seu Coronae Transilvaniae in Ecclesiae Paricie descripti (Tom. 1. Scrip

rer. Hung. Cl. Schwandneri, p. 887. ad a. MDXXVI.
Buda Regia Urbs diripitur, Bibliotheca Mathiæ
Regis incenditur. Wolfgangus Drechslerus Lib. 1
de reb. Turcicis apud Gualterium ad h. a. Bu-
da Regia Urbs direpta, et Nobilis Mathiæ
Regis Bibliotheca succensa. Et ut præter-
mittam silentio Henr. Spondanum in con-
tinuatione annal. Cæs. Baronii, Anselmum
Schrambium in Chron. Mellicensi, aliosque plu-
res recentiores, quorum alter alterum ex-
scribentes nihilo plus auctoritatis rei con-
troversæ addunt, ~~[illegible]~~ Novissime Joh.
Ferdinandus Miller in Epitome Vicissi-
tudinum Urbis Budensis p. 53. (ed. Budæ
MDCCXLVI.) Solimannus ait ab ea (Buda)
ædificiis, Regia residentia, et Mathiæ Cor-
vini Bibliotheca previe incensis abcessit.

c). Nicolaus Olahus in Chronico Brevi (: inappe-
ratu Belii monum. 1. p. 39.) Solymannus vic-
tor post conflictum ascendens Civitatem
Budensem cepit, combussit, et arcem inte-
gram quidem, sed vacuam reliquit mense Oc-
tobri. Idem Clarius in Hungaria sua loc.
cit. cum retulisset, quæ superius de Biblio-
thecis Budensibus sparsim inserui, clau-
dit: quas omnes Turca, capta Buda
partim dilaceravit, partim in alios usus
argento detracto dissipavit. Hanc eandem
Narrationem, quamvis ceteroqui videatur
Olahum verbis exprimere, mitigavit Pe-
trus de Rewa Centur. V. de Monarchia
et Sacra Corona Regni Hungariæ (: Tom. II.
Seri

Scriptor. rer. Hun. Cl. Schwandneri p. 688.) quæ
post occisum quidem in Mohacs Ludovicum majori
ex parte rabie Turcica dilaniata fuit. Admo-
dum vereor, ne Olahus unquam Budam viderit, ab
illa clade, semper enim Mariæ Reginæ adhæsit, cum
ea extra Patriam versatus et Hungariam suam
anno MDXXXVI. Bruxellis scripsit, rumoribus æ-
que ac alii, nimium auctis obnoxius. Alter di-
reptionis assertor Brassicanus, cujus fidei
tantum tribuerat Morhofius, ut (in Polyhistore
L. 1. c. IV. §. 21.) de fama residuorum, post Budæ ex-
ceptionem interitorum librorum dubitaret. ep. cit. au-
sus jurando affirmare ausim, nos hac etiam infe-
licissima ætate, longe plus dispendii accepisse, quam
vel cogitatione consequi, vel oratione possit ali-
quis exprimere: quippe qui Budensem Bibliothe-
cam, quando in rem præsentem ventum est, non se-
mel excusserim, et exacta diligentia inspexerim,
et jam infelicissime, nec sine magno Christianorum
omnium malo perditam, atque deletam esse com-
pertissimum habeo. Hæc ille qui tamen sibi non
satis constat; cum enim alias (V. supra §. VI. ad. nord.)
dixerit, se timere, ne illam posset ullo unquam tem-
pore videre, utique perditam, atque deletam
non cogitavit, eo minus ad direptionem stabi-
liendam juvat Auctor hoc Partis IIæ. Conspectus
Histor. Univ. Vien. p. 128. verba Auctorum Facul-
tatis Artium (magnæ alioqui auctoritatis,
quia Synchronæ) ad an. MDXXVI. recitans.
Turca non contentus hac victoria, et fortunam
sibi favere præsentiens, ultro progressus Budam
Metropolim cum arce Regia 9 Septembris cepit
inæstimabilem rerum, et divitiarum copiam
inv

invenit, majore populi Civitis multitudine
partim capta, partim gladio cæsa. Qui quidem
Turca, spoliata, et eversa Civitate, et maxime
pulcherrima Corvini Mathiæ Regis Bibliothe-
ca direpta, fabricato per Danubium ponte
versus Transylvaniam exercitum duxit. Per-
lustraveram in alium finem acta ipsa, quod
cl. P. Josephus Walcher, e S. J. Mechanices Pro-
fessor publicus, vir eruditione, et morum can-
dore conspicuus, singulari benevolentia in-
dulserat; cursu lectionis perveni in hunc lo-
cum et cit. operæ memoriæ meæ, aliòquin ob Re-
Hungaricarum alrius impressum. Verum licet
cetera ut hic de Urbe referuntur, haberen-
tur, aberant tamen controversa verba, et
maxime pulcherrima Corvini Mathiæ Regis
Bibliotheca direpta, qui acta ne syllaba
quidem Bibliothecæ Budensis meminere. For-
tassis Eruditissimus Conspectus Scriptor
publico dicendi munere opressus excerptionem
Actorum alteri delegavit, qui rerum Hungari-
carum studiosus, ista hæc Textui pro libitu
suo inseruerit, ignorante suppositionem Authore
cui Germano nulla ratio fuit per hæc adfirmandi.

d.) Causam hanc Ibrahimus Vezirius Hieronimo
Laszkio Joannis Regis Legato, de Imperato-
re suo insinuavit. Quare Dominus tuus non
cogitavit videre civitatem Budam deu-
stam, et domum Regis integram, quin Ære-
vi ad eam redire statuerit. V. acta Le-
gationis hujus, in Belli apparatu Monum.
IV. p. 159.

e.) Johannes Zermegh, in Commentario rerum
gestarum, inter Ferdinandum, et Johannem
Reg

Reges L. 1. (: Tom II. Scriptor Rer. Hung. Cl. Schwandner p. 383.
Urbem desertam ingreditur, occupat, diripit, in ce[l]si-
ori soli admiratus ingentem structuram, et ædificio-
rum pulcritudinem, magnificentiamque, vel reputans
secum fortunæ vicissitudinem, quod multorum potentis-
simorum Regum alumna fuerit, jam tandem in suam po-
testatem devenisse, idem posse suæquoque Regiæ con-
tingere successu temporum, pepercit.

f.) Cuspinianus in oratione protreptica ad S. R. I. Prin-
cipes ed. Vienna per Johannem Singrenium, in 4. ante
quam adhuc Ferdinandus austrius exercitu in Hun-
gariam, ad tuenda sua jura tum pacti s[...] ad mo-
visset; Priusquam Solomer Turcus Budam intra-
ret, ducenti forte ex pauperibus, quibus fuga non
erat concessa ob inopiam, regiam arcem occupabant
et cum Imperator vellet ingredi, tanto tormento, ac
impetu tormentorum ingressum ejus arcuerunt, (: li-
cet annona in paucos dies iis sufficeret:) ut viam iis
salvam promitteret, si ejus ingressum haud impedi-
rent; quod ratum habuit, quoad occupata arce
in solio consedit; Tandem suasionibus induxit, ut
secum in Turciam proficiscerentur. Paul. Jovius in
vitis virorum illustr. de Solimano. Tom. II. p. 455.
(ed. Basileæ. M D. L X VII g.) Budam profectus
arcem his conditionibus se dedentem, ut et homi-
nes, et res privatæ incolumes servarentur, be-
nigne accepit, ac firmiter conditionibus stetit
similia Casp. ~~He~~dio in Chron. ad h. a.

g.) Paulus Hönigerus in Solimano (: Rebus fuit
ex Roderico, de clade Monachiana mutuatis :) se-
mel Budam sine omni præsidio relictam reperit, et
combussit, arce sola, cum stabulo Regio, ac vivario
feran[...]

ferarum relicta. Nihil plus ibi ad victoriæ
suæ monimentum sustulit, quam æneas sta-
tuas tres ingentes, quæ Mathiæ bello paceque
inclyti Regis fuerunt, et Bizantii in Hippodro-
mo collocatæ hodie visuntur. Laurentius Su-
rius in Commentario rer. in orbe gest. ad A. MD.
XXVI. Solimannus Buda occupata arcem in-
visit, eamque mirifice laudavit, nec quid-
quam inde abstulit, nisi Statuas tres ingentes
quæ Mathiæ Regis fuerant. Ursinus Velius, vir
ut omni Scientiarum genere apprime erudi-
tus, sic quodcumque Librorum damnum gra-
vius, quam rei cujusvis jacturam laturus,
accusata tum Bibliothecarum infamia, tum
Uladislai, ac Ludovici Regum postremorum ne-
gligentia Bibliothecam stantem referret (vid.
supra § VIII.) Turcarum unicum hoc facinus
ibidem narrat; ante eam (arcem) area ingens
est, cujus in medio Signum positum erat Herculis
opus Mathiæ Regis, aere, et impensis confla-
tum, ac cum quovis opere vetusto conferendum.
Id cum aliis Signis duobus intra arcem pro
foribus locatis Turcæ avulserunt, basibus
tantummodo marmoreis relictis. Signa autem
a Velio non nominata Dianæ et Apollinis Sta-
tuas fuisse discimus ex Michaëlis Sigleri
Libro I. Chronolog. rer. Hung. Cap. VI. (in appar.
Belii monum:) Sethus Calvisius, et Petrus de
Rewa, in Comm. de S. Cor. Regni Hung. p. 57.
perperam has Statuas apellarunt Columnas
Conf. Zach. Hogelii Buda Urbium, at-
que arcium per Europam celeberrima, p. 27.
ed. Erfurti MDCLXXXVII. 4.

X III.

Quamvis autem Solimannus, modicum in hac Urbium
Hungaricarum Principe moratus cum exercitu
e Regno decesserit, ea tamen vices suas exerci-
ultra non desiit. Mox enim ingressus Johannes Zapolya
a parte suorum Rex apellatus, quidquid obsequii erat
impetrabat, mense Augusto sequentis anni, iterum a Fer-
dinando possessione ejectus. At vero neque isti supra
triennium in hac regia Sede dominari dabatur, præ-
valentibus Turcarum armis, et Urbem cum Arce
A. MDXXIX sub jugum mittentibus, quæ quidem tum
Johanni cesserunt, sed ita, ut eodem vix e vivis subla-
to, ejecta Isabella Regia Conjuge, et Infante Sigis-
mundo An. MDXLI. a Solimano occuparetur, non
alio, quam copioso Sanguinis litro redimenda. Atque
tunc Bibliotheca hujus supremis fatis parentandum
fuit. Equidem (fatendum enim est) prope extra du-
bium videtur, illam duorum annorum spatio, quo
Ferdinandus, Urbem ac Arcem possedit, multa, gra-
viaque dispendia subiisse tam a viris Literatis
a) hujusmodi mercem adoptantibus, quorum in
numero f. Johannem Fabrum. (b) Computavero, inju-
rium me tanto viro non existimabo, quam a mili-
tibus præsidiariis Germanis more suo, ut ea fe-
rebat tempestas, æque civi, ac hosti infestis. Un-
de enim jactata Librorum spolia, quæ illis annis
in Germania Doctis Emptoribus passim offere-
bantur? an fortassis Turcis, quorum neminem
anno MDXXVII & XXVIII viderunt [illegible]?
an ab istis anno MDXXIX in Hungariam re-
portata? Addamus his Milites, dum Arcem
hosti traderent, salva impedimenta captis rebus

certe non vacua pactos, et fere ibi mus
in sententiam: Barbaros in direptione ho-
rum primum Codices inter spolia recensuisse
(c). Neque mitiora porro sub Zapolya decen-
nali Imperio Bibliothecae huic exspectan-
da fuerant, ob impeditam omnem studiorum
curam, Bellum pene continuum, iteratam ob-
sidionem, Turcarum Societatem, sub quod tem-
pus, Ludovico Gritto Regni Hung. Guber-
natorem agente MSS. Codices Hebraicos
Syriacosque hinc Venetias (d) translatos
fuisse suspicor. Id unum in tristi hac vo-
luminum Corvinianorum dispersione sola-
men affert, raptos esse, ut rerum arbi-
tris viris, qui pretium nossent redimerentur.
simul vero ac Urbs penitus Barbara ef-
fecta est, deficientibus aestimatoribus, quod
reliquum (e) erat aperto interitui pro-
stabat, perseveravit tamen sua in sta-
tione Bibliotheca, neque ea nisi multos post
annos (f) fuit deturbata, forte ubi flam-
marum periculum imminebat (g) aut dum Urbs
et arx a nostris exercitibus acriori oppu-
gnatione premerentur.

a). Hunc facit graecorum librorum, quia doc-
tis amplius desiderabantur, spoliatio-
nem ante alios patrata. V. infra Brenneri
relationem.

b). Inter eos, qui Ferdinandum Regem, initio
in Hungariam Comitati sunt, Joannes Fa-
ber tam Regi a Consiliis, et Secretis, dein-
de Episcopus Viennensis, ob propugna-
tam contra Sectarios causam Catholi-
cam

cam notissimus, eminuit; atque ipse, qui belli
teste, Ferdinando Auctor exstitit, Nosocomii Mi-
litaris Budae instituendi, cui etiam Praefectus
fuit, simul Budensis Praepositus creatus, neutro
in officio diu duraturus. Hac occasione Faber,
libris melioribus colligendis semper intentus Biblio-
thecae suae alioquin jam ditissimae varia adjecisse
videtur ex Corviniana. Etenim Nicolaus Vinman-
nus in Epistola ad Simonem Eckium Episcopi
hujus in Spiritualibus Vicarium (: extat impressa
cum ejusdem Vinmanni Syncretismo Germaniae:) dum
Fabrianum Literarium thesaurum extollit, ait:
Cernas ibi, et vetustissimos libros, ac praestan-
tissima volumina ex Bibliotheca usque Regis Pan-
noniae Mathiae allata. Qui modus loquendi non re-
demtionem ex spolio barbaro, sed gratuitam acce-
ptionem indicat, ut ex Spiegellii, et Cuspiniani ver-
bis § X patet. Habetur vero in Bibl. Caesarea im-
perfectus Codex M.S. Graecus S. Johannis Chrysostomi
de Sacerdotio Corvinianis insignibus ornatus, quem
Fabri fuisse conserta attestatio, qua Libros suos Col-
legio ad S. Nicolaum Viennae a se fundato trans-
scripsit, praefixa demonstrat, ut docet Lamberi-
us libro II. comp. Cap. VIII § LXXXI. Idem eti-
am Lib. cit. § CCXXII. p. 846. recenset simi-
lem Codicem membranaceum in 4. majori ex Fabri-
ana ad Aug. Caesarem translatum, quo Aristote-
lis Politicorum Libri Octo, Leonardo Aretino
interprete continentur.

c). Exemplo sint Heliodori Aethiopica. Ea per militem
ad se pervenisse asserit Vincentius Obsopoeus, qui
opus istud, Norimbergensibus Senatoribus An.
MDXXXIV dedicavit; Servatus, ait de libro, ex
clade ipsa Ungarica, qua serenissimi quondam Regis
Math.

Mathiae Corvini Bibliotheca, omnium instruc-
tissima, superioribus annis, a barbarie Asia-
tica vastata est. Hunc cum aliis non nullis
miles quidem plane gregarius, ab omnibus tam
graecorum, quam latinorum disciplinis abhor-
rentissimus, postea tricatorem agens, tunc illustris-
simum Principem Casimirum Marchionem Bran-
deburgiensem laudabilis memoriae comitatus
in Ungariam, sustulit, qui auro exornatus nonni-
hil splendescebat. Acta illius temporis in-
specta produnt, devastationem istam barba-
rorum merum militis assertum fuisse, quo ra-
pinam suam velare contendebat; erat in
Comitatu Casimiri Marchionis in Hunga-
riam, igitur anno MDXXVII. illo, siquidem
Marchio hic expeditioni Hungaricae adfuit,
atque in ea mortem appetivit. Ductum tum fu-
erat bellum non adversus Turcas, sed contra
Johannem Zapolya, eique adhaerentes. Exce-
pta tum fuit Buda non e Barbarorum,
qui ultro recesserant, sed ex Aemuli Regis
manibus. Nihil eo anno, imo nec sequenti con-
tra Turcas actum fuit, quin fortassis mi-
les ille ne hominem quidem Mahometanum
(sic saltem ferebant circumstantiae) viderit.
Unde ergo Codices hos obtinuit.? Non cer-
te ex Barbarorum spoliis. Qua propter di-
spersio famosa Librorum Corvinianorum per
Hungariam postea a diversis redemptorum
accidisse videtur, quod milites raptores
partim, antequam Patriam repeterent, fatis
cesserint, partim rerum impatientes rem ra-
ptam mox, ut fieri solet iterum vendiderint,
non nunquam vero incursu partis adversae
amiserint. Haud absimilis huic est opinio
de J. Alexandri Cortesii poemate, de lau-
dibus

dibus bellicis Mathiae Corvini, quod Editurus idem
Obsopoeus (Idibus Junii an. MDXXXI.) ad Sebasti-
anum Hallerum sic orditur. Etsi Serenissimus Rex
Hungariae Mathias Corvinus plurima Virtutum sua-
rum ornamenta posteris reliquerit, ut non admodum
earundem praeconem, et testem requirat, (: nam virtus
per se satis clara, et aeterna est:) tamen cum inter a-
lia litterarum egregia monimenta, et illius Biblio-
theca, maxime beneficio Illustrissimi Principis Geor-
gii Marchionis Brandeburgensis, Principis nostri
clementissimi, hujus eximii poetae J. Alexandri Cor-
tesii versiculi in laudem ejus conscripti &c.

d) Richardus Simonius, in rebus suis enumerabat Ca-
talogum Manuscriptorum Hebraicorum, et Syro-Chal-
daicorum Codicum, Mantua, Budaque Venetias
asportatorum. Vid. Biblior. Critique T. III. Chap. 34.
p. 416.

e) Martinus Brennerus Bistriciensis Transilvanus
in dedicatoria Epistola, qua Aurelii Lippi Brandolini
dialogum, de Humanae vitae Conditione, et Corporis
aegritudine toleranda, ad Mathiam Regem, et Be-
atricem Reginam exaratum Nicolao de Gerend
Ep. Transilvaniensi inscripsit. (ed. Basileae MDXL. 8)
ait: Mathias, qui, cum tot variis bellis distrahe-
retur, doctissimos tamen quosque viros, imo quos-
cumque dote aliqua ingenii, virtuteque nobilita-
tis videret, in summo honore habuit, amplissi-
mis quoque praemiis ornavit. Cujus rei praeter insi-
gnem Bibliothecam Budae in regia a se aedifi-
catam, quam selectissimis Graecis, et Latinis auc-
toribus, ex ipsa Asia, Graecia, Italia, undequaq.
conquisitis, non ornatissimam solum, sed etiam copi-
osissime omni librorum genere instruxeram, supe-
rioribus annis, Asiatica Barbaries devasta-
vit

vit (: me enim ante biennium diligenter eam perlustrante, vix ulla Pristini Ornatus signum, alterumve Autorem Graecum excipias, illic exstabant vestigia:) testes sunt tot doctissimorum virorum lucubrationes, ac volumina ex omnibus Orbis partibus ipsi nominatim dicata, et inscripta. Haec facies Bibliothecae triennio, priusquam plene in potestatem Turcarum transiret.

8) Stephanus Gerlachius, qui ut supra §. I & II. monui, in comitatu Legationis Caesareae a. 1573 Regiam istam sedem invisit, eamque misere neglectam queritur, Bibliothecam adhuc a pulcritudine (an e visu? an ex fama? non indicat) commendat.

9) Inter Codices Juridicos, teste Pflugiano Catalogo in reliquiis repertos num. 25 notatur. Liber decretorum S. Stephani Regis Ungar. Codex M.S. in pergam. Non est integer, sed ex parte igne combustus. in fol. Kevenhüllerus Annalium Ferdinandeorum Tom VI. p. 3075 arcem interiorem pridie Calendas Junias, an. MDCVI. fulmine percussam, magnis acceptis damnis a periculo integrae eversionis haud procul abfuisse memorat.

§ IV.

Actum posthaec de residuorum Librorum Fortuna, et silentium est Lectorum Autorum, qui eos oculis suis lustrassent; tanta enim sollicitudine interiora Regiae arcis, ipsamque Bibliothecam custodiebant Turcae ut capitis poena dignum aestimaretur (a) illuc ingredi, nec ~~fas~~ nisi summa cum difficultate inspectio doctarum istarum reliquiarum vel Turcis (: ut quidem in vulgus spargebant, quo facilius Christianis petentibus negarent:) indulgeretur, sive quod eas (sic opinatur Petrus de Reva (b) magno honore prosequerentur,

sive quod prudentiores, puderet ignaviam suam Orbi patefieri, qui Scientias non colerent, cum copiosas adeo suppetias in una hac Bibliotheca, quantacumque supererant, possiderent. Ea vero Librorum Copia Saeculo XVII. ineunte adhuc restabat, ut Cardinalis Pazmanus, ad ornandam Strigoniensem Bibliothecam, pro redemtione residui hujus Thesauri triginta ~~duo~~ Florenorum Millia offerre Barbaris (c) non dubitarit, si tanto pretio flecti potuisset gens caeteroqui avarissima: cum tamen ipsi illum negligentissime haberent, ut tandem vix umbra clari adeo nominis superaverit. Ab hac enim tractatione sequentibus viginta annis, scio nihil certum de Bibliotheca ipsa in literas relatum occurrere, sic certi sumus eam omnino, velut scruta, et quisquilias ultimas fuisse relictam: nisi fortassis jam Cardinalis illius aetate jam parum superfuerit; quod fateri sibi probro ducentes barbari pretium ab eo oblatum, sua generositate respuerint. Ne autem nihilominus sparsae passim reliquiae (: sive illae depraedatione militum, sive postea stolido Turcarum contemtu fuerint alienatae:) perirent, eas colligendi opera data fuit a compluribus doctis viris, quorum in censu primus locus debetur Johanni Sambuco (d) et Augerio Gislenio Busbequio, qui qua suis, qua Imperatoriis impensis plures in libertatem asseruerunt, omnes tamen Bibliothecae Augustae Viennensi illatos. Nec infra dignitatem suam idem facere judicarunt Brandeburgenses Marchiones, et Guelpherbytini Duces, quemadmodum nostris temporibus Regius Saxoniae Princeps, inter fructus peregrinationis suae aliquot tales Codices in Bibliothecam Dresdensem repositos numeravit.

a). Johannes Bocatius Consul Cassoviensis, in commentatione Epistolica de Legatione sua ad Stephanum Botskay §. XXI. (: in Belii apparatu monum VII p. 333.) mox in

238

alteram singredior arcem, et in penitiorem arcem me intromitti peto. Denegatur sub poena capitis sibi interdictum esse custodes ajunt.

b) De monarchia et S. Corona Regni Hung. ed. cit. p. 388. Sed et hodie reliquiae quaedam ibidem visuntur, et diligenter a Janizeris magno honore custodiuntur, difficulterque aliquis vel Turcarum, vel Christianorum ad eam collustrandam admittitur. ita Revai sub An. 1590 scribens.

c) P. Nicolaus Schmitth S. J. de Ep. Strigon. P. II. 114 ed. Tyrnaviae MDCCLVIII 8. et Lomeierus op. cit. p. 167. et post ipsum Julius Pflugius in laudata Epistola, alii referunt Bosmanum, (Pazmanum intelligunt) ducenta milia nummorum superi alis monetae obtulisse pro relatio admodum avara est. Paullus Fabri Commentar. cit. p. XIV. ut in pluribus singularis esse cupivit, sic etiam hoc multo amplius dixit, scilicet a Pazmano ducenta aureorum millia fuisse promissa pretium super quo profundendo, vel Regius thesaurus deliberaret, et quod integra Corviniana collectioni redimendae par fuisset. Nescio vero, quod vivendi tempus Pazmano idem Fabri tribuerit, cum hunc ~~tunc~~ primum pro recuperanda ipsa Bibliotheca conatum, feliciores ipso fuisse Busbequium, Joannem Fabrum, et Sambucum asserit. Faber mortuus est A. MDXLI. Sambucus A. MDLXXXIV. Busbequius A. MDXCII. Pazmano MDLXX nato MDCXVI ad archi Episcoporum Strigoniensem promoto, et An. MDCXXXVII defuncto. Priorum omni apud plerosque Eruditorum biographos obvii sunt, posteremi apud cit. Schmittium.

d). Ethis laudat Lambecius Lib. II. Comment. p. 126. Codicem Graecum, S. Basilii Magni Homilias novem in Hexaemeron continentem, et Lib. IV. p. 78. alterum graecum habentem, S. Joannis Chrysostomi homilias in Evangelium S. Matthaei a Sambuco redemptos. —

XV. 306 lap

NB Continuationem sequentium Ephorum vide folio ab hinc 36.to

239

Michaëlis, Chasáar, Secretarii Aulae Ludovici IIdi Regis, narratio de Conventu Regnicolarum An. 1526 pro Festo S. Johannis Baptistae ad oppidum Hatvan Comitatus Hevesiensis indicto, et celebrato, et quae postea evenerunt.

Conventus Nobilium circa Festum Joannis Baptistae etc.

1) In Conventu circa Festum Georgii Martyris statuto, conventum iterum celebrandum ad Festum Johannis Baptistae sub poena capitum bonorum etiam amissione, ac infidelitatis ac verum, filiorumque et filiarum ignobilitationem nobiles Regnicolae una voce concordarunt.

2) Terminum Conventus praefixum Principes Regni adveniunt, cognoscentes literas ipse continentes, ubi nullus Nobilium sub poena infidelitatis congregarentur, sustinerunt et infra Majestatis Regiae, licet Majestas sacra invitus fecerit, roboraverunt

vid. vestig. Comitiorum pag. 582. Confer. § 85.

[3.] Insuper ut Conventum perterrerent, ac fortius contra Regem justissimum in iram concitarent, rationem ad Regiam tria millia Darabanti sub Arce Budensi confidere Barones acerrime.]

4. Hoc Majestas Regia diu considerans Conventui

Perme